



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 9. Cur bestiae hominibus coeperint nocere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)



bestias & pauemus, non contradico. Sed non hoc ostendit legem Dei esse mendacem. Ab initio enim non ita res erant dispositæ, sed timebant & tremebant, & subyeciuntur Domino. Et quoniam à fiducia decidimus pro peccato, profectò & ab honore. Unde hoc manifestum est? Adduxit enim Deus bestias ad Adam videre, quid eas vocaret, & non resiliuit Adam tanquam timens. Hoc unum signum, quod non fuerunt hominibus ab initio terribiles bestia. Secundum aliud isto manifestius, quæ fuit ad mulierem, per serpentem disputatio. Si enim essent bestia terribiles hominibus, non utiq; mulier viso serpente mansisset, nec accepisset consilium, non ei cum tanta sermocinaretur fiducia, sed statim ad eius expansisset & resiliisset aspectum. Nunc autem & disputat, & non timet. Nondum enim erat timor iste, sed quia peccatum ingressum est, ablata sunt ea, quæ honoris sunt. Quamdiu quidem habebat ad Deum fiduciam, terribilis bestiis erat; sed quia offendit, extremos etiam conseruorum suorum iam pauet.

## §. IX.

Cur bestia hominibus cœperint nocere?

4. Hinc discimus, penes Deum esse, ut nos creaturæ illius vel lædant, vel defendant.

Itaque de generibus animalium venenosis & S. Ambr.  
pernis.

Apud S.  
Ambros.  
lib. 1. con-  
tra Iulian.



brof. li. 3. *pernicosis quæri solet, utrum post peccatum ho-*  
*super*  
*Genes.*  
*cap. 15.* *minis, ad vindictam creata sint, an potius, cum*  
*iam creata essent innoxia, non nisi postea pecca-*  
*toribus nocere ceperint? Neq; hoc mirum est,*  
*quandoquidem in temporibus huius vitæ & la-*  
*boriosa atq; erumnose, cum sit nemo ita iustus,*  
*ut se perfectum audeat dicere: unde exercende*  
*atq; infirmitate perficiende virtuti, necessaria*  
*sunt tentationes & molestie corporales: tamen*  
*& S. Daniel, inter leones saluus atq; intrepidus*  
*vixit: qui non utiq; Deo mentiens in oratione;*  
*non tantum peccata populi sui; sed etiam sua*  
*fatetur. Et Apostoli manui mortifera viperâ*  
*inhæsit, nec læsit. Potuerunt ergo etiam ista crea-*  
*ta nihil nocere, si causâ nõ extitisset, vel terren-*  
*dorum puniendorumque vitiorum; vel proban-*  
*da perficiendæq; virtutis: quia & exempla sunt*  
*demonstranda patientiæ; ad profectum catero-*  
*rum: & ipse homo sibi in tentationibus certius*  
*innotescit; & iuste salus illa perpetua, quæ tur-*  
*piter amissa est, per voluptatem, fortiter recipi-*  
*tur, per dolorem. Totum ergo penes Deum*  
*est, ut nos bestię lædant, vel protegant; pro-*  
*tegunt, cum iubentur; non læderent, nisi*  
*nos earum Authorem læsissemus. Postquam*  
*contra illum pugnauimus; non iam grus*  
*contra pygmæum duntaxat, sed mus quoq;*  
*pugnat*



pugnat contra elephantum; seu, vt apertè dicam, mure minor musca mordere audet Pharaonem, elephanto superbiâ maiorem.

§. X.

*Bestias etiam nocendo prodesse.*

§. Deniq; negari non potest maxima mortalibus damna ab eiusmodi belluis sæpe prouenire. Alibi leones itinera faciunt infesta; vrsi alibi: alibi lupi: &, in Paraquaria, integri siluestrium equorū exercitus, quidquid offendunt, proterentes. Sed & draconum metuendæ sunt insidiæ; tigridum item velocitas, immanitas leopardorum. Sunt in sacris & profanis innumeræ historiæ. Nihilominus hæc ipsa tam præsentia vitæ discrimina summam pariunt vtilitatem. Nam incommodis maximis, quæ inferunt, fastidium pariunt vitæ terrestris, desideriumque excitant, vt ex hac peregrinatione ad cœlestem patriam, ex hac lachrymarum valle ad æternam securitatem, ad summum illud bonum, quod omni molestia carebit, tantò impensius anhelemus. Quo desiderio roborati martyres ad bestias damnati, inter leonum rictus, cum S. Ignatio Episcopo Antiocheno; inter virulentos angues, cum D. Thecla; inter mille aliarum belluarum lani-

Y

atus;